

73.  
**DEORUM MUNUS.**

**GENTIUM VOTUM.**

**Gratiarum Labor.**

**SERENISSIMUS, AUGUSTISSIMORUM**  
**P A R E N T V M.**

**F R I D E R I C I**  
**A U G U S T I.**

&  
**MARIÆ JOSEPHÆ,**  
**N E O N A T U S.**

**Tanquam.**

*Materni Sangvinis Flos,*  
Paterni Corporis, vigor & simulacrum,  
**MENTIS AVITÆ IMAGO,**

&  
**HÆRES**


**ADORATUS.**

*ANNO DOMINI MDCCXX,*



**V A R S A V I A**  
*Typis S. R. M. Collegij Scholarum Piarum.*


# R E X S E R E N I S S I M E.



589973

III

Mag. St. Dr.



D Supremum felicitatis humanæ fastigium expectationes Tuas pervenisse nemo dubitat, qui Regni Tui historiam, bellorum causas, & successus curiosius indagabit. Sanè non expediret retroacta tempora cogitatione redordiri, sed si quidem i vidiosa non est præteriorum ad gloriam memoria, illud prætermittere non possum, Majestatem Vestram,

tot

Bibl Jag  
1976 St.2. 219 St. Dr.

tot ab extra periculis, tot ab intra, suspicionibus agitatam, cum æquali semper rerum suarum opinione emersisse. Rara hæc Principum felicitas, & nisi Tua esset, incredibilis: qui dum gloriæ tuæ intentus, multa quidem armis, plura consilio ipse perageres, omnia clementioris fortunæ eventus ad magnitudinem componebat. Nec bello parta, pace se se imminuit existimatio. Augustus es non immeritò secundus, fortunâ ut pote & naturâ in favores Tuos conspirante. Post victorias repente Pater & Socer, ad ultimum, humanorum solatiorum peruenisti vocabulum, in magnas spes progenitæ sobolis, felicissimus Avunculus. Pulchre titulos Tuos Fortuna disposuit, dum Te Victorem Polonia colit, Saxonia Patrē nuncupat, Roma Avum profundiùs adorat, & veneratur. Ita est: solatijs Tuis Europa imminet, quæ sinè Te felix esse non poterat. Gaudijs Tuis Orbi fucur

succurris, & vota privata, expectationibus publicis adimples. Habes Divorum Cæsarum, Tuumq; Nepotem, utriusq; gloriæ particeps. Habes immortalitatis pignus, Hæredem. Et Posteritati tuæ quodammodo interes, in longa secula Serenissimæ Domûs spes extensas spectando. Quare non reijce laboris mei tenuitatem, quæ solatiorum Tuorum speciem repingit, & saltem in nostris carminibus expressum aspice Hæredem, quem necdum aliter Tibi per curas Imperij videre licuit. Ego satis gloriæ habiturus sum, si post Poësis meæ blandimenta, Te constrin-gendi quantociùs Nepotis incessat desiderium, & talem illum invenias, qualem vaticinia nostra non falso præ-dixerunt & precantur.



Jris Iunonis Nuncia, Lucina & Iovi significat, instare jam tempus, quo Iosephæ pondus resolvatur, Jupiter superum Senatu convocato Charites Iunoni Comites adjungit ut partum forment, & Iosepham juvent, Oritur inter Gratas contentio, cum prima, puerum Austriacæ domui, secunda Patri, tertia Avunculo euperet confor-mare, Iuno disputantibus intervenit, & contentionem solvit eo pacto, ut nasciturus Infans sanguinem Austriacum, & maternum, Externam speciem Patri, mentem verò & dotes Atavo similes habeat.



Ic est, continuant superi sua cæpta, quod olim  
Vota precabantur, nunc conspi-  
rantibus astris  
Spes populi, thalamiq; moras Lucina resolvit,  
Splendida felici replens cunabula partu.  
Nascitur eventus votorum, nascitur Infans,

A

Quo

Quo genito tandem sensit se Roma Parentem.  
Nec lupa Romanis nutrix quæsita gemellis,  
Clementem dat sponte sinum, lambendo; sed

(ipsa

Relligio, pansi jam redditæ vastior ulnis,  
Ubera distendens fidei porrexit alendæ

Lactandæq; spei: cuius dum pignora sumpsit  
Miratur se se jam pleno nomine Matrem.

Quos ego scripturus plausus, quæ carmina di-

(cam  
Non expectatæ sorti? vagitibus ipsis,  
Plus loqueris facunde puer, quam penna di-

(serto

Mobilis eloquio, quare non Numinæ poscam  
Non notas Heliconis aquas, at feligo fletus,  
Et dulces lachrimas, quarū mitissimus humor,  
Omnibus instillat tenero solatia planctu.

Hoc venam de lacte traham, sparsamq; Pœ-

(sim

Ordine neglecto modo fascia sola ligabit,  
Quæ pueri sacros placide constrinxerat artus.  
Nate save, risuq; metrum dignare benigno.

Iris

I Ris in obsequium superum præcincta juben-

(tum

Auxerat innumeros vultu variante colores.

Et primos transgressa Polos, secreta petebat

Cum magno rumore Deūm conclavia: tan-

(dem

Plus solito fulgore nitens, vultuq; coruscans,  
Iunoni commissa suæ mandata ferebat.

Vt tamen impatiens est prospera fama silendi,  
Rumor in immensum vulgari ceperat, unde

Cogitur in pleno factum recitare Senatu;

Illæ nihil cunctando, Jovem venerata seden-

(tem.

Expedit, intenso prænuncia verba rubore:

Tu Pater & toto residentia Numinæ cælo

Accipite optatum thalamis felicibus omen.

Iam Princeps adolescit amor, jam pondere

(pulchro

Vota tument, tacitisq; ferè, se mensibus augent.

Iam proprium miratur onus castissima Con-

(junx

Et necdum victo sæpe oblietando pudori,

Anxia virgineos titulos, nomenq; Parentis

A 2

Ex-

Expendit, se se sobolis dulcedine pascens.  
Et veluti primo conjuncta columba marito,  
Dum tacet, aligeræ sternens cunabula proli,  
Interdum pertesa moræ, pertesa cubilis,  
Ludentes socias, & apertas respicit alas,  
Ægre solliciti supportans tædia nidi.  
Vt tamen advertit sub pennis ova foveri,  
Continuat solitum, Matrem meritura, labo-

(rem.

Sic Iosepha thoro, nunc circumventa pudico,  
In varios flebit mollissima viscera motus,  
Et Matrem, jam facta timet; sed vota re-

(volvens

Sperantis populi, magni suspiria Patris,  
Annuit obsequijs mundi poscentis, & ipsa  
Venturum Matris solatur honore dolorem.  
Et jam, credo novem solvissent ponde ra men-

(ses,  
Auspicijs concepta bonis, verum hactenus an-

(ceps

Ac veluti dubitans nutat natura, Deumne  
Formet? an humanæ famulantia corpora  
(menti  
Et?

Et meritò, nam si potuissent Numinia nasci,  
Exquisq; capi membris, hoc sanguine Divos  
Fingi posse reor. Superi concludite tandem,  
Quem vultis tanto produci germine florem.  
Nam velut ignotam faciem picturus Apelles  
Hæret, & incertam consultat pallidus artem,  
Vt spiret vivos animata tabella colores,  
Sic natura tremit fætūs studiosa parandi,  
Stellarum cursum, propensaq; consultit astra  
Tot desiderijs conformatura Nepotem.  
Exime naturæ dubium, Pater optime rerū  
Sudores & vota juvans, quo corpore natam  
Et qua mente velis sobolem dotare recentem,  
Ante tuum solium, fato decide benigno.  
Talia rorifero dixit Thaumantias ore.  
At Pater attonitus, superum plaudente Se-

(natu  
Iusserat acciri Veneris de stirpe sorores,  
Quas Charites commenta uocant, paulumq;

(moratus  
Ite Deæ, dixit, quo vos Lucina vocavit,  
Instat opus lepidis peragendum præstò chorœis,  
Maturâ jam Matre tumet Iosepha, favete.

B

Et

Et nè naturæ cursus dubitantis aberret,  
Nullus agat Genius, sed Gratia trina laboret  
Delicium factura Patri, Matriq; voluptam,  
Et læto solamen Avo, properate puellæ,  
Et tu Iuno, cui thalami custodia casti  
Credita, totius fer tecum munera cæli,  
Et sacros expande sinus, prolemq; tenellam  
Sortis ad invidiam donis cœlestibus orna.  
Paruit exemplò pulcherrima turba Dea.

Atq; volat, quâ mæsta thoro Iosepha jacebat  
Prima reformidans pavidæ discrimina Ma-

Quæ jam maturo pariendi pressa dolore,  
Langvida per varias portabat lumina par-

Necdum certa Deas sibi subvenisse gementi.  
Cumq; refert nitidos per summa palatia vi-

Aspicit effigiem Divi pendere Parentis,  
Quam prono venerata situ, suspirat, & inquit:  
Siccine destituor magno Genitore Puella?  
Dum tibi tale decus, dum talia gaudia gesto,

Lon-

Longus abes nostras non auditure querelas,  
Sarmatiæ te pascit honos, te cura Lecheæ  
Gentis in extremo violenter detinet axe.  
Saltem te præsens mihi reddat imago remo-

tum.

Dixerat, & casto concepit pectore Regem,  
Ideam genitura suam, mirabile dictu  
Traxerat Augustos intra præcordia vultus.  
Sicut enim Zephyris, levibusq; Chamæleon au-

Nutritus, sensit præstò quoscunq; colores,  
Reddit, & externa genuinè pelle repingit.  
Sic Iosepha Patris toties mirata figuram,  
Hauserat Augusto similes paritura Nepotes.  
Hanc artem docuère Deæ, faustumq; preca-

Successum, castis formam impressere medullis.  
Ast ubi fortassis solatia magna parantur,  
Concordes nec sunt Charites, ut scilicet Infans  
Cæperat exacta superum virtute creari,  
Separat unamines quædam discordia Divas,  
Alloquitur reliquas Aglaia prima sorores.\*  
Fata quidem Puerum nasci voluere, sed ille

B 2

Quos

Quos gerat aspectus, qua vivat imagine, nec  
Res condita Dijs, quamvis contraria pu-  
Sidera, permittam nullo perterrita signo,  
Quominus Austriadum referat puer inclitus  
Nè violate precor, tam magni jura cruoris  
Ipse per ideas, & lumina notà Priorum  
Sangvis agat, nulloq; Deo cogente medullas,  
Formet in agnatos se Nobilis Embrio vul-  
Da Sacras Leopode genas, Ataviq; potentes  
Influite in vestros geniali sidere partius,  
Cæpit adulari tandem natura venustæ  
Austriadum domui, cæpit simulacra Paren-  
Spargere Iosephi, magnosq; refingere vultus  
Cæsaris illius, sed pulchrior una Dearum  
Euphrosine, propriæ molimina justa sororis  
Impedit, & tali dubium sermone resolvit:  
Justa quidem germana domi te cura fatigat,  
Scilicet Heroam gentem, floremq; cruoris,

Quæ

Quæ ferat è nobis tacitis sterilescere votis.  
Quæ ferat? ut tandem fætu viduata virili,  
Quærat in affini solatia debita lecto.  
Quis ferat? ut varijs toties stirps aucta trium-  
Sese nunc inter cunas angusta coarctet,  
Vix uno suffulta viro. Sed credite Divæ,  
Crescere non nasci, consummariq; trophæis  
Austriadas fortuna jubet; sibi sufficit unus  
Carolus, orbatæ supplendo munera stirpis,  
Spes implet vincendo suæ, pariterq; Nepo-  
Non ego censebo viduum sterilemq; putabo  
Illum, cui fama est pro successore relicita.  
Compensat vacuas felix victoria cunas.  
Quamvis necdum etiam maneat Lucina vi-  
gentis  
Conclamata thori, pulcherrima conjugis æ-  
tas  
Et pietas, teneriq; calor promittit amoris,  
Fatorumq; fides, quod nutu Numinis, illi  
Munus in extremum, servabitur ultimus Hæ-  
res.  
Sunt

C

Tunc tibi Cæsareos vultus, tunc ora licebit  
Archiducum, vivis formare coloribus: at  
(nunc  
Blanda soror, cæptum nè distrahe quæso labo-  
(rem.  
Saxonis pridem venturus honoribus Infans,  
Fronte Patrem referat, siquidem fert san-  
(gvine Matrem.  
Finge patrizantem, vel si natura recusas,  
Ideam mutabit amor, facilesq; medullas  
Corriget, expressi faciem Genitoris adum-  
(brans.  
Dixerat Euphrosine, pulchro quoq; capta ma-  
(rito.  
Inspirare Patrem, venis jam cæperat imis,  
Sidereos imitata oculos, qui luce modestâ  
Corporis egregij pro Majestate nitentes,  
Miscent florigeram comi gravitate juventam.  
Purpureas imitata genas, imitata colores,  
In niveo pueri nascentis, clauserat ore.  
Ultima, discordes mirata Thalia sorores,  
Non ego transgredior, (dixit) data jura  
(Cruori,  
Sed nec prætero meritis antiquius istis

No:

Nomen Avi, sanè vitæ declivior ætas,  
Hæc sibi secreto servat solatia voto,  
Vt videat spes ipsa suas, in flore virere.  
Ne fraudate Dij fortunam Principis, & si  
Hanc est certa domum mens successore be-  
(andi,  
Addite muneribus munus, formate Nepotem,  
Et simul ideam, similesq; repingite formas:  
Vt sibi succedens genuinâ prole Monarcha,  
Florescat, magnaq; sciat se parte renasci.  
Audierat Charitum svavissima jurgia Iuno,  
Atq; reaccensæ componens semina litis,  
Reddidit ablatam, pacata voce quietem.  
Iusto equidem quævis Te gratia jure tueris,  
Sed quis sufficiat votis tam grandibus Infans?  
Ipsa sub ingenti succumberet anxia cæpto,  
Officiumq; suum pariens natura negaret.  
Ergo puellares dulcissima Numinâ rixas,  
Conciliate præcor, stetit hæc sententia cœlo,  
Fiat ut in tanto charitum concordia partu.  
Inveniet propriam quævis prætensiō partem,  
Inveniet quod amet: cundorum dividit In-  
(fans  
Se

C2

Se desiderijs; & corpore clausus in arcto  
Immensæ momenta spei tam parvus adimplet.  
Vtriusq; domiū concentravere talenta,  
Et simulacra Dij: commixtis quippe medul-  
lis,  
Sangvis agit matrem, resplendet imagine vi-  
vus  
Exteriore Pater, tandem quoq; mentis A-  
vitæ  
Hæres virtutumq; manet successor ad assem.  
Dixerat atq; levem Lucina precata laborem,  
Solverat Augustos nullo discrimine fatus.  
Excepere sinu charites, similemq; stupentes  
Consilijs natum, gremio, strinxere beato.  
Quæq; suos in prole videt gavisa decores,  
Ecunctis formata velut Pandora Deabus,  
Semper parte aliqua placet assentando cui-  
vis,  
Sic quoq; collectus de magnis vultibus Infans,  
Cundorum similis pariter blanditur amori,  
Hic videt Archiducum se se mirata vetustas,  
Hic Pater agnoscit faciem, Materque cruo-  
rem  
Dimi-

Dimidiumq; sui, sed maxima cessit avito  
Pars animo; puro similis clementia vult  
Majestasq; nitet, placido prope totus in ore,  
Vivit Avus, teneris inspirans artubus ignes.  
Et benè consultum est, siquidem sperando re-  
quirit  
Roma pium, populus dulcem, Germania for-  
tem,  
Saxonia Hæredem, gratissima Lechia Re-  
gem:  
Iuno de cunctis referens compendia votis,  
Fecit Avo similem natum; fortasse futuræ  
Sat secura spei, si florentissimus Infans,  
Fiat avitarum felix expressio dotum.  
Ergo quid accepto tandem rumore secundo,  
Flectis adhuc dubias diverso Judice curas?  
Sicne tibi nimium dilecta Polonia Princeps?  
Possit ut Augusti solatia tanta morari,  
Imperium committe Dijs, & cede jubenti  
Naturæ, charisq; thori Te fructibus imple.  
I, propera, accelera, vectus pernicibus au-  
ris,  
Quorsum nolentem Te etiam suspiria ducunt.

D

Quis

Quis tibi percurret præcordia dulcia motus?  
Dum sacer Augustas veniet Successor in ul-

(nas.

Quis tandem tibi sensus erit? dum verba te-

(nellis

Infringendo labris, Atavum te saepe voca-

(bit.

Pendebit Cervice puer; rursusq; receptus,  
Absentem te flendo petet, præsentē quietus  
Fulgebit, risumque tuo miscebit amori.  
Credo ego non uno capies tot gaudia visu,  
Sæpe redibis Avus felix, semperque recen-

(tem

Lætitiam, Sobolis simili de fronte requires.  
Et ceū Narcissus se contemplatus in undis,  
Dum videt expressam puto ludente figuram,  
Miratur faciem; dum illi fallibus umbra  
Ab blanditur aquis, tandem resolutus amo-

(re,

Vertitur in proprium servato nomine florem.  
Sic tu magne Parens postquam spectave-

(ris Almam

Pro-

Progeniem, similesque tibi constrinxeris ar-

(tus;

In speculo veluti deprehensus imagine viva,  
Forsitan in proprij florem mutaberis ævi.  
Ergo vola, magnisque viam successibus ur-

(ge,

Teque requirenti toties cedete voluptæ,  
Invenies dulces lachrimas, & blanda peren-

(nis

Invenies alimenta spei, dum ritè videbis  
Arrisse tibi felici pignore cælum.  
Non expectatæ rapies Nutrice Nepotem,  
Et nihil horrentem regali lumine pasces.

Sed postquam genitum magno repleveris ore,  
Inspira teneris animam complexibus, at-

(que

Imprime victuram puero per basia mentem,  
Ac etiam Lechicis hæc gaudia divide re-

(gnis.

Fortunate puer, qui tot nascendo repente  
Vota coronasti, tibi quæ præconia dicam?  
Cresce per assiduos plausus, accresce per

(horas

Prom-

D<sub>2</sub>

Prompta ferens passim sperantibus omina  
sceptris.

Te niveis lactet sensim spes pura mamillis,  
Altricesque Deæ, te pascant ubere dextro.  
Vel sanè ut citius valeas adolescere Prin-  
ceps,

Excelsos animos, & avitum suge vigorem.

FInis adest, lassata suo jam penna labo-  
re,  
Concidit ante tuas Regum Svavissime plan-  
tas,

Illud enimvero mirabor sæpius, unde,  
Tantus in Augustum cœli favor? ipsa secun-  
dæ

Anticipant prope fata preces, & munera sor-  
titis,

In Regis veluti conspiravere decorem.

Non satis innumeris toties clarere trium-  
phis,

Insuper optatum pariunt cunabula fructum;  
Et Pater, & vitor, (magis & quod ama-  
bile cunctis.)

Vivis

Vivis Avus, plenoque simul te pascis hono-  
re,

Non te canities, nivei nec bruma capilli,  
Sed modo progenitæ dulcissima pignora sortis,  
Te secere senem: jam faustus Avunculus æ-  
vum

Multiplicas, ac insolatia sponte senescis.  
Audisti varias passim Rex Maxime laudes,  
Te Patriæ Patrem toties, te Martis alu-  
mnum,

Dixit adulantis justissima gloria famæ.  
Hoc tamen inferius, titulis nam blandiùs  
ciftis

Nomen Avi, fortasse sonat, quod Juno be-  
nigna,

Quod tibi tam pulchro tribuit natura favo-  
re,

Sic te fata senem faciant, sic tempora ca-  
num

Vt numeres proprios persæpe Nepotibus an-  
nos.

Vive precor, longosque dies Hæredis adæ-  
qua,

E

Spes

*Spes gustando tuas, & munera certa futura  
Ætatis, fructusq; sacros inflore revolve.  
Vive per annorum seriem, nec desere Regna,  
Quæ tot sumperunt de te solatia, donec  
Rebus & imperijs flos hic credatur adultus.  
Aut, si serò truces rumpent tua flamina Par-*  
*(ca,  
Ceū alter Phœnix, Hærede renascer e ma-  
(gno,  
Inq; tuo nobis iterum te redde Nepote.*

